



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

Lectio s[e]c[und]a.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

criminalia et periscelidas et mu-  
renulas et olfactoriola et inau-  
res et anulos: et gemmas in  
fronte pendentes et mutatoria  
et palliola et lintheamina et a-  
cus et specula et syndoes et vit-  
tas et theristra Hec dicit do-  
minus **Laudes feriales Ca-  
pitula et collecte per totam eb-  
domadam de dnica Sup be-  
nedicti an** De celo veniet do-  
minator dominus et in manu  
eius honor et imperium **Pre-  
ces vt supra Suffragia feria  
lia vt s Ad horas sicut heri:  
per totam ebdomadam Su-  
per magni an** Ecce rex veniet  
dominus terre: et ipse auferet  
iugum captiuitatis nostre

**Feria tertia Lectio prima**  
**A**erit pro suauis odore  
fero: et pro zona funicu-  
lus et pro crispante crine cal-  
uicium: et pro fascia pectorali  
ciliatum Pulcherrimi quoque  
viri tui gladio cadent: et fortes  
tui in prelio Et merebunt at-  
que lugebunt prope te eius: et deso-  
lata in terra sedebit. Hec di-  
cit dominus **Lectio scda.**

**Q**ui apprehendent septem mu-  
lieres virum vnum in die illa  
dicentes Panem nostrum co-  
medemus et vestimentis no-  
stris operiemur: tunc modo  
inuocetur nomen tuum super  
nos: aufer obprobrium nostrum  
In die illa erit germen domi-

ni in magnificentia et gloria:  
et fructus terre sublimis et ex-  
ultatio his qui saluati fuerint  
de israel Et erit omnis qui re-  
lictus fuerit in sion: et residu-  
us in hierusalem sanctus vo-  
cabitur omnis qui scriptus est  
in vita in hierusalem Hec di-  
cit dominus deus conuertimini  
ad me etc. **Lectio tertia**

**S**i abluerit dominus sordes  
filiarii sion et sanguines hieru-  
salem lauerit de medio eius in  
spiritu iudicii et spiritu ardo-  
ris et creabit dominus super  
omnem locum montis syon.  
et vbi inuocatus est nubem p-  
diem et fumum et splendorem  
ignis flammatis in nocte Su-  
per omnem enim gloriam prote-  
tectio et tabernaculum erit in  
braculum diei ab estu et in se-  
curitatem et absconsionem a  
turbine et pluuia Hec dicit.

**Super bndicti an** Super te  
hierusalem orietur dominus  
et gloria eius in te videbitur **Su-  
per magni an** Glox clamantis  
in deserto: parate viam dni re-  
ctas facite semitas dei nostri

**Feria quarta Lectio prima**  
**Q**uanto dilecto meo ca-  
sticum paruelis mei vinee  
sue. Vinea facta est dilecto  
meo in cornu filio olei: et sepi-  
uit eam: et lapides elegit ex  
illa: et plantauit vineam ele-  
ctam. Et edificauit turrim in